~~125~~ 1490 29 agosto genova

In nomine Domini Amen. Cum verum sit quod alias anno videlicet de MCCCCXXXoctavo decretum sancitum et ordinatum fuit
per Illustrem tunc Ducem et Magnificos dominos Antianos communis Ianue quod nullus Questuarius sub nomine sancti Antonii possit questas facere
in dominio Ianuensi et etiam in utraque riparia quam questuarii sancti Antonii Ianuensis exceptis de quibus in dicto decreto continetur quodquidem
decretum et omnia in eo contenta tempore quo Reverendissimus dominus dominus Cardinalis Ianuensis et commendatarius perpetuus Monasterii et Abbatie
sancti Antonii Ianuensis fungebatur principatu seu ducatus dignitate Ianuensi confirmata fuerunt et de novo concessa et ampliata ut
constat alio decreto manu Lazari Ponsoni cancellarii communis Ianue. Cumque etiam sit quod Reverendus dominus preceptor preceptorie Sancti
Antonii de Ranverso tamquam procurator generalis ordinis sancti Antonii Viennensis diocesis superioribus diebus coram Magnificis dominis Antianis
nomine dicti ordinis comparuerit et querellam fecerit suaque supplicatione dederit cuius vigore inter cetera requisivit dicta decreta
cassari et annullari debere cum facta fuerint in preiudicium dicti ordinis sancti Antonii Viennensis et potissimum in preiudicium questarum prefate
riparie occidentalis quas ad suam preceptoriam de Ranverso spectare asserebat etiam aliis rationibus in sui favorem allegatis. Et demum
citatis procuratoribus dicti Reverendissimi domini Cardinalis commendatarii antedicti de consilio sapientum decretum et declaratum fuit dicta decreta
stare debere in suo robore ita quod nullus questuarius in dicta riparia occidentali questas facere possit preter questuarios sancti Antonii
de Ianua prout latius in dicto decreto et seu deliberatione continetur quo ad dictam Ripariam occidentalem tantum scripto manu Etthei
de Senarega cancellarii. Cumque et sit quod in riparia orientali et in valle Sturla dominii Ianuensis questuarii sancti Antonii Viennensis
questas facere consueverint que tamen queste spectant et pertinent Reverendo in Christo patri domino Corradolo de Stangis prothonotario
apostolico et commendatario perpetuo domus sancti Antonii Cremonensis ratione dicte sue preceptorie et tempore prelibati Reverendissimi domini
Cardinalis ipsi questuarii in dicta riparia orientali et in locis consuetis ab huiusmodi questa non fuerint aliquatenus molestati vigore dictorum
decretorum: quia prefatus Reverendissimus dominus Cardinalis intellexit dictas questas riparie orientalis et vallis Sturle ad eundem dominum Corradolum
sive eius preceptoriam legitime spectare: ymo ipse Reverendissimus dominus Cardinalis commendatarius antedictus tamquam Archiepiscopus Ianuensis litteras
questuarias dictis questuariis in riparia et locis consuetis dicte riparie orientalis fieri decreverit et seu fieri fecerit in forma solita
et consueta ex quo dicti questuarii seu dicta preceptoria Cremone Viennensis diocesis vel religio sancti Antonii nomine dicte preceptorie
nunquam fuerunt amoti a dicta questa et eorum possessione seu quasi questuandi in dicta riparia orientali. Igitur attentis et
consideratis omnibus et singulis suprascriptis Reverendus in Christo pater dominus Dominicus de Vacariis episcopus Naulensis locumtenens et
vicarius Archiepiscopatus Ianuensis et Venerabilis dominus Alexander de Ravascheriis Abbas Monasterii sancti Andree de Borzono tamquam procuratores
et procuratorio nominibus prefati Reverendissimi domini domini Cardinalis et commendatarii antedicti de quorum potestate et balia constat duobus instrumentis
scriptis manu mei notarii infrascripti millesimis et diebus in eis contentis volentes eundem bonam fidem recognoscere et rem gratam
predicto domino Corradolo facere et iura sua et dicte sue preceptorie illesa permittere: omni iure via modo et forma quibus melius
potuerunt et possunt contenti sunt et contentantur ac declarant quod questuarii sancti Antonii Viennensis ad usum et utilitatem dicte preceptorie
sancti Antonii Cremone seu prefati Reverendi domini Corradoli preceptoris dicte preceptorie possint de cetero dictas questas facere prout
eis constitit de iure et antiqua possessione competere et spectare dicte preceptorie Cremone more solito et consueto in Riparia
orientali in locis suprascriptis et consuetis iuxta eorum consuetudinem non obstantibus decretis predictis dicte Abbatie sancti Antonii
ut supra concessis. Promiserunt que et promittunt prefato Reverendo domino Corradolo presenti et acceptanti nullam de cetero molestiam
inferre seu inferri facere dictis questuariis sancti Antonii Viennensis nomine dicte preceptorie Cremone dicte Riparie orientalis et in
locis predictis et consuetis: nec decretis predictis ullo unquam tempore uti velle prout non debent de iure contra dictum Reverendum dominum
Corradolum preceptorem et eius preceptoriam Cremonensem occasione premissa: Et ad maiorem corroborationem premissorum etiam
dictis nominibus contenti sunt et contentantur quod presens instrumentum et omnia in presenti instrumento contenta per Magnificos dominos Antianos
confirmentur. De quibus omnibus prefati Reverendi domini contrahentes rogaverunt per me notarium infrascriptum confici debere
presens publicum instrumentum in testimonium premissorum. Actum Ianue videlicet in Camera cubiculari domus habitationis prefati Reverendi domini
Corradoli site Ianue in contracta domus culte Sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo Indictione septima secundum
Ianue cursum die Iovis XVIIII Augusti in tertiis presentibus dominis presbitero Corrado de Melanis de Levanto. presbitero Bernardo
de Miliotis de Septebrio et presbitero Petro de Rocha de Clavaro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Petrus de Ripalta quondam Augustini publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius: Omnibus et singulis in suprascripto instrumento
contentis una cum prenominatis testibus interfui eaque rogatus scripsi testatus sum et publicavi ac in presenti pergameno
in hanc publicam formam redegi: signo nominisque meis solitis et consuetis appositis in fidem et testimonium premissorum.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (125)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805512544-12/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805512544-12/fragment/page=0002

125

1490 29 agosto genova

INNOMINE Domini Amen. Cum verum sit quod dicitur anno videlicet MCCCCXXXoctavo decretum Santitum & ordinatum fuit
per Illustrem tunc Ducem & Magnificos dominos Antianos Civitatis Janue quod nullus Questuarius sub nomine Sancti Antonii possit questas facere
in dominio Janue & etiam in utraque riparia quam questuarii Sancti Antonii Janue exceptis de quibus in dicto decreto continetur quodque
decretum & omnia in eo contenta tempore quo Reverendissimus dominus dominus Cardinalis Janue & comendatarius perpetuus Monasterii et Abbatie
Sancti Antonii Janue fungebatur principatu seu Ducatus dignitate Janue confirmata fuerunt & de novo concessa & ampliata ut
constat alio decreto manu Lazari ponsoni cancellarii civitatis Janue. Cumque etiam sit quod Reverendus dominus preceptor preceptorie Sancti
Antonii de Ranuerso tamquam procurator generalis ordinis Sancti Antonii vienensis diocesis superioribus diebus coram Magnificis dominis Antianis
nomine dicti ordinis comparuerit & querella fecerit suaque supplicatione dederit cuius vigore inter cetera requisivit dicta decreta
cassari & annullari debere cum facta fuerint in preiudicium dicti ordinis Sancti Antonii vienensis & potissimum in preiudicium questarum
riparie occidentalis quas ad suam preceptoriam de ranuerso spectare asserebat etiam aliis rationibus in sui favorem allegatis Et demum
citatis procuratoribus dicti Reverendissimi domini Cardinalis comendatarii antedicti de Consilio sapientum decretum & declaratum fuit dicta decreta
stare debere in suo robore ita quod nullus questuarius in dicta riparia occidentali questas facere possit preter questuarios Sancti Antonii
de Janua et prout latius in dicto decreto & seu deliberatione continetur quo ad dictam Ripariam occidentalem tantum scripto manu [illegible]
de Senarega cancellarii: Cumque et sit quod in riparia orientali & in valle Sturla dominii Janue Questuarii Sancti Antonii vienensis
questas facere consueverint que tamen queste spectant & pertinent Reverendo in Christo patri domino Corradolo de Stangis prothonotario
apostolico & comendatario perpetuo domus Sancti Antonii Cremone ratione dicte sue preceptorie & tempore recolende memorie Reverendissimi domini
Cardinalis ipsi questuarii in dicta riparia orientali & in locis consuetis ab huiusmodi questa non fuerint aliquatenus molestati vigore dictorum
decretorum: quia prefatus Reverendissimus dominus Cardinalis intellexit dictas questas riparie orientalis & vallis Sturle ad eundem dominum Corradolum
sive eius preceptoriam Legitime spectare: ymo ipse Reverendissimus dominus Cardinalis comendatarius antedictus tamquam Archiepiscopus Janue Litteras
questuarias dictis questuariis in riparia & locis consuetis dicte riparie orientalis fieri decrevit & seu fieri fecit in forma solita
& consueta ex quo dicti questuarii seu dicta preceptoria Cremone vienensis diocesis vel religio Sancti Antonii nomine dicte preceptorie
numquam fuerunt amoti a dicta questa & eorum possessione seu quasi questuandi in dicta riparia orientali. Igitur attentis &
consideratis omnibus & singulis suprascriptis Reverendus in Christo pater dominus Dominicus de vacariis episcopus Naulensis locumtenens &
vicarius Archiepiscopalis Janue & Venerabilis dominus Alexander de Ravaschieriis Abbas Monasterii Sancti Andree de Borzono tamquam parentes
& procuratores nomine prefati Reverendissimi domini domini Cardinalis & comendatarii antedicti De quorum potestate & Balia constat duobus instrumentis
scriptis manu mei notarii infrascripti Millesimis & diebus in eis contentis volentes eundem bonam fidem recognoscere & rem gratam
predicto domino Corradolo facere & iura sua & dicte sue preceptorie illesa permittere: Omni iure via modo & forma quibus melius
potuerunt & possunt contenti sunt & contentantur ac declarant quod questuarii Sancti Antonii vienensis ad usum & utilitatem dicte preceptorie
Sancti Antonii Cremone seu prefati Reverendi domini Corradoli preceptoris dicte preceptorie possint de cetero dictas questas facere prout
eis constitit de iure & antiqua possessione competere & spectare dicte preceptorie Cremone more solito & consueto in Riparia
orientali in locis suprascriptis & consuetis iuxta eorum consuetudinem non obstantibus decretis predictis dicte Abbatie Sancti Antonii
ut supra concessis promiserunt que & promittunt prefato Reverendo domino Corradolo presenti & acceptanti nullam de cetero molestiam
inferre seu inferri facere dictis questuariis Sancti Antonii vienensis nomine dicte preceptorie Cremone dicte Riparie orientalis et in
locis predictis & consuetis: Nec decretis predictis ullo umquam tempore uti velle prout non debent de iure contra dictum Reverendum dominum
Corradolum preceptorem & eius preceptoriam Cremonensem occaxione premissa: Et ad maiorem corroborationem premissorum etiam
dictis nominibus contenti sunt & contentantur quod presens instrumentum & omnia in presenti instrumento contenta per Magnificos dominos Antianos
confirmentur. De quibus omnibus prefati Reverendi domini contrahentes rogaverunt per me notarium infrascriptum confici debere
presens publicum instrumentum in testimonium premissorum. Actum Janue videlicet in Camera cubiculari Domus habitationis prefati Reverendi domini
Corradoli site Janue in contracta Domus culte Sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo Indictione septima secundum
Janue cursum die Jovis XXVIIII Augusti in tercys presentibus dominis presbitero Corrado de Melanis de levanto presbitero Bernardo
de Miliotis de septebrio et presbitero petro de Rocha de Clavaro testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Petrus de Ripalta quondam Augustini publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius: Omnibus & singulis in suprascripto instrumento
contentis unacum prenominatis testibus interfui eaque rogatus scripsi testatus sum & publicavi ac in presenti pergameno
in hanc publicam formam redegi: signo nominis que meis solitis & consuetis appositis in fidem & testimonium premissorum.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (125)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805512544-12/fragment/page=0003